

0236-0250- SS Fabianus - Decretum de Ordinibus Ecclesiasticis

O93, f. 18vb; N442, f. 43vb; V630, f. 45va; I83, f. 94ra; VD38, f. 85rb; SG670, p. 177b; P9629, f. 20r

INCIPIUNT DECRETA FABIANI PAPAE.

Dilectissimis ubique catholicae ecclesiae comministris Fabianus salutem in domino.

Divinis^[3] praeceptis et apostolicis monemur^[4] institutis, ut pro cunctarum ecclesiarum statu impigro^[5] vigilemus effectu^[6], unde consequens^[7] est debere vos scire, quae apud Romanam in sacro aguntur ritu^[8] ecclesiam^[9], ut eius sequentes exempla eius veri^[10] filii inveniamini, quae vestra est mater voca<I83, f. 94rb>ta^[11].

Septem^[12] ergo^[13] diaconos^[14] in urbe Roma per septem regiones civitatis^[15], sicut a patribus accepimus, qui per singulas ebdomadas et dominicos^[16] ^[17] dies atque festivitatum^[18] sollemnia cum subdiaconibus et acolitibus ac se<SG670, p. 178a>quentium ordinum ministros^[19] iniuncta^[20] sibi observent^[21] ministeria^[22] et parati omni hora sint^[23] ad divinum officium et, quicquid eis iniungitur^[24], peragendum. Similiter^[25] et vos^[26], prout oportunum^[27] fuerit, per singulas civitates est faciendum, ut^[28] divinum^[29] absque^[30] ulla mora <VD38, f. 85va> et^[31] negligentia studiose ac sollemniter^[32] agatur^[33] officium. Denique^[34] septem similiter^[35] subdiacones^[36] ordinavimus^[37], qui septem^[38] notariis imminerent et gesta martyrum veraciter in integro colligerent nobisque rimanda^[39] manifestarent, quod etiam omnes vos agere monemus^[40], ne^[41] in pos<N442, f. 44ra>terum^[42] aliqua ex his dubitatio fiat quaestioque oriatur, quoniam^[43] omnia^[44], quae scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, et^[45], quae nostris^[46] temporibus veraciter scribuntur, ad futurorum doctrinam diriguntur^[47]. Et ideo fidelissimis haec^[48] negotia committi praecipimus, ne aliqua in eis illusio^[49] inveniat, ex qua fidelibus scandalum, quod absit, oriatur. Unde et cari<SG670, p. 178a>tatem vestram paterna dulcedine petimus^[50], ut in cunctis affectum^[51] vestrae caritatis <I83, f. 94va> sancta ecclesia inveniat et^[52] favoris vestri solaciis^[53], quocumque^[54] necesse fuerit, potiatur^[55]. Et sicut bonitas^[56] studii vestri de se nobis certitudinem^[57] praebet, ut in nullo de ea diffidere^[58], sed magis ut sapientibus filiis ecclesiae nostrae haec fiducialiter^[59] commendamus, ita postpositas^[60] opportunitatis^[61] occasiones^[62] vestra efficacia^[63] elaborare^[64] enixius^[65] debeatis^[66] atque id modis, quibus possibile fuerit, omni studio agere^[67] contendatis^[68]. <V630, f. 45vb> Hortamur <VD38, f. 85vb> etiam vos iuxta dictum apostoli stabiles esse et immobiles, abundantes in opera^[69] domini semper scientes, quod labor vester non est inanis in domino. Et alibi: Vigilate et orate et state in fide, viriliter agite et confortamini, omnia vestra in^[70] caritate fiant.

Insuper^[71] et illud vos scire desideramus, quia^[72] nostris temporibus praepedientibus quidem^[73] nostris peccatis, suadente antiquo hoste, qui semper ut leo rugiens circuit quaerens, quem devoret, supervenit Novatus ex Africa et <SG670, p. 179a> separavit de ecclesia Christi Novatianum^[74] et quosdam alios Christi confessores et convertit in pravam^[75] doctrinam. A quibus vos, fratres, avertite et cavete^[76] et^[77] ab^[78] omnibus^[79], qui alteram fidem et doctrinam tenent, quam apostoli et successores eorum tenuerunt et docuerunt, ne, quod absit, post eos abeuntes^[80] in laqueum satanae cadatis^[81] et compedi<I83, f. 94vb>bus eius detineamini. Unde fraternitatis vestrae caritatem intimis obsecramus precibus, ut nostrae parvitatibus^[82] in vestris sacris orationibus memores esse dignemini, orantes ac^[83] deprecantes deum^[84] ^[85] caeli, ut tam nos quam sancta mater ecclesia Christi pretioso sanguine redempta a laqueis venantis^[86] <O93, f. 19a> satanae <VD38, f. 86ra> et ab importunis et malis hominibus liberemur, et sermo dei^[87] currat^[88] et clarificetur^[89], et prava eorum et omnium perversa^[90] docentium corrumpat doctrina atque deficiat^[91]. Precamur etiam, ut pietatis vestrae precibus impetrare studeatis, ut deus et dominus noster Iesus Christus, qui vult omnes homines salvos^[92] fieri^[93] et neminem perire, ut^[94] sua <SG670, p. 179b> ingenti^[95] omnipo<N442, f. 44rb>tentia reverti faciat corda eorum ad sanam^[96] doctrinam et catholicam fidem, quatenus resipiscant^[97] ^[98] a diaboli laqueis, quibus capti <P9629, f. 20v> tenentur^[99], et aggregentur filiis matris ecclesiae reminiscentes^[100] quoque fratrum vestrorum, miseremini^[101] illorum, quibus potestis^[102] bonis studiis vestris, ne perdantur, sed precibus et aliis bonitatis vestrae studiis domino salventur. Ita ergo ex^[103] his agite, ut oboedientes filii et fideles sanctae dei ecclesiae appareatis et ut mercedis^[104] praemia^[105] percipiatis.

Hi^[106] ^[107] enim et omnes, qui rectam <I83, f. 95ra> non docent doctrinam vel rectam non tenent fidem, accusatores^[108] neminem recte credentium accusare possunt, quia infamia sunt notati^[109] et a sinu sanctae^[110] matris ecclesiae apostolico <VD38, f. 86rb> mucrone^[111] usque ad rectam <V630, f. 46ra> conversionem^[112] et reversionem eorum abscisi, unde apostolica auctoritate cum omnibus eiusdem apostolicae atque^[113] universalis^[114] ecclesiae filii statuentes^[115] sancimus^[116] ^[117], ut omnes, qui in catholica <SG670, p. 180a> fide suspecti sunt, in accusatione^[118] recte credentium non suscipiantur, quia suspecti^[119] omnes semper sunt amovendi^[120] ^[121] ^[122] et^[123] non recipiendi. Merito ergo eorum reprobatum accusatio, qui in^[124] recta fide suspecti sunt, nec eis omnino esse^[125] credendum, qui^[126] veritatis fidem^[127] ^[128] ignorant. Similiter^[129] omnes, quos sanctorum patrum statuta^[130], tam^[131] praeteritis quamque futuris temporibus anathematizant^[132], submovemus^[133] et ab^[134] omni accusatione fidelium alienamus. Discreti ergo debent semper^[135] esse fideles ab infidelibus et iusti^[136] ab iniustis, quoniam^[137] infideles et malivoli modis, quibus possunt^[138], semper

infestant[139] [140] fideles et perdere nituntur[141], et ideo non sunt suscipiendi, sed repellendi et[142] procul abiiciendi, ne perdere fideles aut infamari[143] [144] possint.

Quapropter, carissimi[145], cavete talium[146] foveam[147], in quam multos recidisse cognovimus, cavete iacula talium et antiqui hostis temptamenta[148], per quem[149] etiam <I83, f. 95rb> proprios propinquos coram nobis vulneratos cadere vidimus[150]. Attendite laqueos insidiantium, <VD38, f. 86va> quibus notos[151] et commilitones[152] strangulare solent. Nolite tales sequi, sed procul repellite eos. Estote iuxta[153] veritatis vocem prudentes[154] <SG670, p. 180b> ut serpentes et simplices sicut columbae. Videte quoque, ne in vacuum curratis aut laboretis, sed[155] alterutrum[156] fulti precibus[157] et orationibus voluntatem dei facere contendite[158] et a memoratis, si incorrigibiles[159] apparuerint[160], <N442, f. 44va> vos in omnibus separate. Similiter et ab omnibus[161], quos apostolus commemorat[162] dicens, cum his nec cibum sumere, quia[163] illi[164] sicut et isti sunt pellendi et ante satisfactionem ecclesiae non sunt suscipiendi, quoniam[165] illi[166], cum quibus cibum sumere non licet, manifeste apparent sequestrati[167] usque ad satisfactionem a reliquis fidelibus. Quamobrem[168] non debent nec possunt in accusationem[169] fidelium[170] suscipi[171], sed etiam[172] ab eorum consortio usque ad iam dictam satisfactionem repelli, ne similes eis[173] efficiantur aut eorum excommunicationi[174] subiaceant, quoniam sic[175] apostoli[176] statuerunt dicentes: Cum excommunicatis[177] non est communicandum, et[178] si quis cum excommunicatis[179] avertendo[180] [181] regulas <SG670, p. 181a> scienter[182] saltim[183] in domo[184] simul lo<I83, f. 95va>cutus fuerit vel oraverit, ille communione <VD38, f. 86vb> privetur. <V630, f. 46rb> Tales ergo[185] in omnibus[186] sunt cavendi et non suscipiendi, quia iuxta apostolum non solum, qui faciunt, damnantur, sed qui consentiunt facientibus. Unde[187] et beatus apostolorum[188] princeps Petrus in ordinatione Clementis alloquens populo[189] inter cetera ait: Si inimicus est iste Clemens[190] alicui pro actibus suis, vos nolite exspectare, ut ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed prudenter observare debetis et voluntati eius absque communicatione[191] obsecundare et avertere vos ab eo, cui[192] ipsum sentitis[193] aversum[194] [195], sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliare[196] ei, qui omnibus praest, et[197] per hoc redeat ad salutem, cum oboedire coeperit[198] monitis[199] praesidentis[200]. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipse non loquitur, unus est et ipse <SG670, p. 181b> ex illis, qui exterminare[201] dei[202] ecclesiam volunt, et cum corpore vobiscum esse videatur, mente et animo contra vos est, et est multo nequior[203] hostis[204] hic quam illi, qui foris[205] sunt <VD38, f. 87ra> et evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quae[206] inimica sunt, gerit[207] et ecclesiam dispergit ac vastat.

<I83, f. 95vb> Ideoque, carissimi, his apostolicis institutis vos monentes instruimus, ut effecta[208] [209] certior caritas vestra sollicitius[210] deinceps[211] agere studeat et cautius[212], ne perversi et infideles homines laedendi[213] fideles ac benivolos habeant facultatem, quoniam spes talium et omnium impiorum tamquam lanugo[214] est, quae a vento tollitur, et tamquam spuma gracilis[215], quae a procella[216] dispergitur, et tamquam[217] fumus, qui a vento diffusus est, et tamquam me<N442, f. 44vb>moria hospitis <O93, f. 19rb> unius diei praetereuntis. Summopere, carissimi, tales cavendi et[218] avertendi atque reiciendi[219] sunt, si nocentes apparuerint, quia non solum ecclesiasticae[220], sed etiam saeculi leges[221] nocentes[222] non suscipiunt, sed repellunt. Unde scriptum est: <SG670, p. 182a> Os impiorum devorat iniquitatem. Et dominus per prophetam loquitur dicens: Cum sancto sanctus eris, et cum viro innocente innocens[223] eris[224] et[225] cum electo electus eris[226], <VD38, f. 87rb> cum perverso[227] subverteris[228]. Et apostolus[229] inquit: <P9629, f. 21r> Pervertunt[230] [231] mores bonos colloquia mala. Idcirco, ut iam praelibatum[232] est, mali sunt semper cavendi et bonis atque benevolis[233] est inhaerendum[234], ut periculum desidia[235] [236], quan<I83, f. 96ra>tum possumus, <V630, f. 46va> declinemus. Et ne pestis[237] latius[238] haec divulgetur, severitate[239], qua possumus, abscedamus, quoniam non temeritas[240] intervenit[241] praesumptionis, ubi est diligentia pietatis. Agat[242] semper[243] unusquisque vestrum hac informatione[244] apostolica[245] [246] fultus iuxta[247] vires suas[248], et[249] fraterna dilectione et sancta[250] religione mores proprios conservare et in commune[251] [252] alterutrum adiuvarre et in caritate permanere et in dei voluntate indesinenter[253] [254] studeat inhaerere, ut simul laudantes dominum indefessas[255] [256] illi semper gratias agamus.

Valete in Christo, carissimi, et praedicta, prout[257] melius potestis[258], <SG670, p. 182b> domino opem[259] ferente[260] [261] adimplere studete.

Data Kal. Iulii[262] Maximo et Africano[263] vv. cc. cons.

O93, f. 19rb; N442, f. 44vb; V630, f. 46va; I83, f. 96ra; VD38, f. 87rb; SG670, p. 182b; P9629, f. 21r

- [1] *Überschrift*] EPISTOLA SANCTI FABIANI PAPAE DE ORDINIBUS ECCLESIASTICIS
- [2] *SG670*
- [3] *Divinis korr. aus Divi N442*
- [4] *monemur korr. aus monemus VD38*
- [5] *am Rande studiosos VD38*
- [6] *affectu SG670*
- [7] *am Rande Conveniens VD38*
- [8] *am Rande Ordine consuetudine VD38*
- [9] *ecclesiarum I83*
- [10] *virii P9629*
- [11] *voca I83*
- [12] *am Rande De septem diaconis V630*
- [13] *ergo] ergo constituimus N442; ergo fehlt SG670*
- [14] *diaconos] diaconi sunt I83; SG670*
- [15] *civitatis korr. aus civitates V630*
- [16] *dominicos korr. aus dominices O93*
- [17] *dominicos dies] dominicis diebus N442; VD38*
- [18] *festivitates V630*
- [19] *ministris korr. aus ministros P9629; mistris I83; ministris VD38; SG670*
- [20] *invicta O93; P9629*
- [21] *observant SG670*
- [22] *mysteria V630; P9629*
- [23] *sint fehlt V630; sunt SG670*
- [24] *iniunguntur P9629*
- [25] *am Rande De VII diaconibus ecclesie P9629*
- [26] *vobis P9629; N442; VD38; SG670*
- [27] *oportunum korr. aus oportunum VD38*
- [28] *et P9629*
- [29] *divinum korr. aus dinum VD38*
- [30] *absque korr. aus abque SG670*
- [31] *et] aut N442; VD38; aut nulla I83; aut ulla SG670*
- [32] *am Rande festive honorifice VD38*
- [33] *agitetur V630*
- [34] *am Rande De septem subdiaconis V630; De septem diaconibus et regionibus urbis romae atque notariis I83*
- [35] *similiter korr. aus similiter septem V630*
- [36] *subdiacones korr. aus septem diacones V630; subdiaconos P9629; diacones I83*
- [37] *ordinavimus korr. aus ordivimus SG670*
- [38] *septem I83*
- [39] *am Rande Inquirenda investiganda VD38*
- [40] *monemur I83*
- [41] *ne korr. aus non V630*
- [42] *posterium VD38*
- [43] *cum V630*
- [44] *omnia korr. aus omni V630*
- [45] *Ut SG670*
- [46] *vestris I83; VD38; SG670*
- [47] *dirigantur SG670*
- [48] *hec negotia korr. aus negotia hec SG670*
- [49] *am Rande deceptio VD38*
- [50] *perimus O93*
- [51] *am Rande benivolentiam devotionem VD38*
- [52] *ut I83; SG670*
- [53] *solatii I83*
- [54] *Ubicumque SG670*
- [55] *am Rande fruatur VD38*
- [56] *boni korr. aus bonitas O93*
- [57] *certitudine P9629*
- [58] *diffidere] diffidere debeamus V630*
- [59] *fiducialiter korr. aus fiduciliter SG670*

[\[60\]](#) pro SG670
[\[61\]](#) oportunitatis *korr. aus* oportunitates O93
[\[62\]](#) occasione VD38; SG670
[\[63\]](#) *am Rande* perfectione VD38
[\[64\]](#) laborare N442
[\[65\]](#) *am Rande* diligentius studiosius VD38
[\[66\]](#) debet V630
[\[67\]](#) abigere *korr. aus* agere V630
[\[68\]](#) contumelias V630
[\[69\]](#) opere P9629; N442; VD38; SG670
[\[70\]](#) cum O93; P9629
[\[71\]](#) *am Rande* De novato et novatiano V630
[\[72\]](#) quae I83
[\[73\]](#) quidem *korr. aus* quidem de P9629
[\[74\]](#) novationum V630
[\[75\]](#) pravam *korr. aus* parvam V630
[\[76\]](#) cavete et *korr. aus* cavete N442
[\[77\]](#) et *fehlt* SG670
[\[78\]](#) ab] ab aliis P9629
[\[79\]](#) omnibus *korr. aus* hominibus N442
[\[80\]](#) abeuntes *korr. aus* abientes O93; P9629
[\[81\]](#) cadatis *korr. aus* cadeatis V630; cadeatis P9629; incidatis SG670
[\[82\]](#) parvitas in vestris *korr. aus* parvitas SG670
[\[83\]](#) et I83; SG670
[\[84\]](#) dominum I83; VD38; SG670
[\[85\]](#) deum caeli] dominum de celis VD38
[\[86\]](#) *am Rande* decipientis VD38
[\[87\]](#) domini SG670
[\[88\]](#) currat *korr. aus* curat V630
[\[89\]](#) glarificetur SG670
[\[90\]](#) perverse VD38; SG670
[\[91\]](#) deffitiat *korr. aus* diffitiat P9629
[\[92\]](#) solvos SG670
[\[93\]](#) fierii VD38
[\[94\]](#) ut *fehlt* VD38
[\[95\]](#) *am Rande* Magna VD38
[\[96\]](#) suam SG670
[\[97\]](#) *am Rande* revertant VD38
[\[98\]](#) resipiscant *korr. aus* repiscant P9629
[\[99\]](#) tenentur *korr. aus* tentur VD38
[\[100\]](#) reminiscens P9629
[\[101\]](#) miseremini *korr. aus* misere in V630
[\[102\]](#) potestis *korr. aus* potestas V630
[\[103\]](#) de SG670
[\[104\]](#) mercedem N442; mercedum I83; mercedem et *korr. aus* mercedam et VD38; mercede, *interlinear* is SG670
[\[105\]](#) prēmii *korr. aus* prēmia SG670
[\[106\]](#) *am Rande* De accusatoribus V630; I83; *am Rande* Scismaticos acusare non posse P9629
[\[107\]](#) Hi enim *korr. aus* Hi O93
[\[108\]](#) accusatores] accusatores esse nequeunt et *korr. aus* accusatores P9629; accusatores esse nequeunt et SG670
[\[109\]](#) *am Rande* Designati VD38
[\[110\]](#) sanctae *fehlt* I83; SG670
[\[111\]](#) *am Rande* gladio VD38
[\[112\]](#) conversationem V630; I83; SG670; conversionem *korr. aus* conversationem N442
[\[113\]](#) atque] atque et V630; P9629
[\[114\]](#) universali V630
[\[115\]](#) statuentes sancimus] statuimus *korr. aus* statuentes V630
[\[116\]](#) *am Rande* Decernimus statuimus VD38
[\[117\]](#) sanctinus VD38
[\[118\]](#) accusationem VD38
[\[119\]](#) suspecti omnes] suspiciones *korr. aus* suspicionem V630

[\[120\]](#) *am Rande* Repellendi VD38
[\[121\]](#) movende *korr. aus* movendi V630
[\[122\]](#) amovendi et non recipiendi] admovendi et non recipiendi *korr. aus* admovendi P9629
[\[123\]](#) et non recipiendi *fehlt* V630
[\[124\]](#) in *korr. aus* n VD38
[\[125\]](#) est VD38
[\[126\]](#) qui] qui in VD38; quia SG670
[\[127\]](#) fidem ignorant. Similiter omnes, quos sanctorum patrum statuta, tam praeteritis *fehlt* I83
[\[128\]](#) fidem ignorant. Similiter omnes, quos sanctorum patrum statuta, tam praeteritis quamque] inimicos SG670
[\[129\]](#) *am Rande* De anatematismo sanctorum patrum V630
[\[130\]](#) statu O93
[\[131\]](#) tam praeteritis quamque] praeteritis quamcumque *fehlt* P9629
[\[132\]](#) anathematizantes SG670
[\[133\]](#) submovemus et *korr. aus* submovemus P9629
[\[134\]](#) ex P9629
[\[135\]](#) semper esse *korr. aus* superesse P9629
[\[136\]](#) ti O93
[\[137\]](#) quoniam infideles et *korr. aus* quoniam
[\[138\]](#) possunt *korr. aus* psunt O93
[\[139\]](#) *am Rande* oprimum VD38
[\[140\]](#) infestant fideles] eos infestant *korr. aus* infestant SG670
[\[141\]](#) *am Rande* laborant VD38
[\[142\]](#) et procul abiciendi *fehlt* SG670
[\[143\]](#) *am Rande* accusare VD38
[\[144\]](#) infamare V630; I83; VD38; SG670
[\[145\]](#) carissimi] omni studio VD38
[\[146\]](#) talium foveam, in quam multos recidisse cognovimus, cavete iacula talium *fehlt* SG670
[\[147\]](#) foveam, in quam multos recidisse cognovimus, cavete iacula talium *fehlt* I83; VD38
[\[148\]](#) temptamen I83
[\[149\]](#) quae V630; P9629; N442
[\[150\]](#) vidimus *korr. aus* videmus V630
[\[151\]](#) *am Rande* propinquos VD38
[\[152\]](#) *am Rande* socios VD38
[\[153\]](#) iusta I83
[\[154\]](#) prudentes *korr. aus* prudentes ut SG670
[\[155\]](#) sed] si ad *korr. aus* si V630
[\[156\]](#) alterutrum *korr. aus* aterutrum VD38
[\[157\]](#) pcibus O93
[\[158\]](#) condite I83
[\[159\]](#) incorrigibiles *korr. aus* incorrigibilis I83
[\[160\]](#) apparuerint *korr. aus* apparuerunt V630; apparuerunt P9629
[\[161\]](#) hominibus P9629
[\[162\]](#) commemorat I83
[\[163\]](#) quia illi *korr. aus* quia V630
[\[164\]](#) illi sicut et isti sunt] illis sicut et istis O93
[\[165\]](#) *am Rande* De excommunicatis P9629
[\[166\]](#) illic P9629
[\[167\]](#) *am Rande* Separati VD38
[\[168\]](#) *am Rande* De excommunicatis I83
[\[169\]](#) accusatione O93; P9629; I83; SG670
[\[170\]](#) fidelium *fehlt* P9629
[\[171\]](#) suscipi set *korr. aus* suscipi P9629
[\[172\]](#) iam V630
[\[173\]](#) ei V630
[\[174\]](#) excommunicatione O93; excommunicationi *korr. aus* excommunicatione VD38
[\[175\]](#) sicut SG670
[\[176\]](#) *am Rande* Mentio canonum apostolorum N442
[\[177\]](#) excommunicatis *korr. aus* excommunacatis VD38
[\[178\]](#) *am Rande* Qui cum excommunicato locutus fuerit excommunicetur I83
[\[179\]](#) excommunicatis] excommunicatis cum quibus non est communicandum I83

[180] *am Rande* Spernendo repellendo VD38
 [181] vertendo SG670
 [182] scienter] scienter post O93
 [183] psallat V630; saltem *korr. aus* psallat P9629
 [184] domo aut *korr. aus* domo V630; domo aut N442
 [185] enim SG670
 [186] omnibus *korr. aus* hominibus P9629
 [187] Unde et *korr. aus* Unde I83
 [188] apostorum VD38
 [189] populum V630; VD38; SG670
 [190] Clemens alicui *korr. aus* clemens N442; Clemens *fehlt* I83
 [191] commonitione SG670
 [192] cui *korr. aus* cum P9629
 [193] sententis *korr. aus* sententiis O93; sententis VD38
 [194] *am Rande* Contrarium VD38
 [195] aversum *korr. aus* adversum O93; adversum P9629; N442; I83, VD38; SG670; aversum *korr. aus* usum V630
 [196] reconciliari VD38; reconciliari *korr. aus* reconciliare SG670
 [197] et *korr. aus* ut P9629
 [198] cepit P9629; coepit N442
 [199] monitionis VD38
 [200] *am Rande* praepositi episcopi VD38
 [201] exterminare *korr. aus* interminare P9629
 [202] dei *fehlt* I83
 [203] *am Rande* peior VD38
 [204] *am Rande* adversarius VD38
 [205] fori I83
 [206] quae inimica sunt gerit] inimica suggerit V630
 [207] *am Rande* agit VD38
 [208] effecti N442
 [209] effecta certior] efficacior P9629
 [210] sollicitus *korr. aus* sollicitus V630
 [211] deinceps *korr. aus* deinceps VD38
 [212] *am Rande* prudentius VD38
 [213] ledendi fideles *korr. aus* ledendi SG670
 [214] *am Rande* similis filo lane quę fertur per aerem VD38
 [215] *am Rande* levis VD38
 [216] *am Rande* Ventosa sive grandi nos a pluvia dicta eo quod cellat id est percutiat aures VD38
 [217] tamquam fumus] tamquam aer *korr. aus* tamquam SG670
 [218] et avertendi atque reiciendi sunt] sunt et avertendi atque reiciendi P9629; V630; VD38
 [219] reiciendis sunt si nocentes] reiciendis innocentes O93
 [220] ecclesiastice *korr. aus* ecclesiastice N442
 [221] leges] leges si V630
 [222] nocentes non *korr. aus* nocentes V630
 [223] innocens eris et] innocenter ages V630
 [224] eris] eris vel agis O93
 [225] et *fehlt* O93; P9629
 [226] eris] eris et *korr. aus* eris P9629; eris et SG670
 [227] perverso subverteris] viro nocenti nocens eris V630; viro nocente nocens eris P9629
 [228] perverteris I83; SG670
 [229] postulans P9629
 [230] *am Rande* corrumpunt VD38
 [231] Pervertunt *korr. aus* Pertunt VD38
 [232] *am Rande* praedictum est VD38
 [233] benivolis *korr. aus* malivolis V630; bonivolis SG670
 [234] *am Rande* coniungendum VD38
 [235] *am Rande* discordie VD38
 [236] dissidiae VD38
 [237] pestis *korr. aus* petis P9629
 [238] latius haec] hęc latius V630; P9629

[239] *am Rande asperitate VD38*
[240] *am Rande audatia VD38*
[241] *inter VD38; intervenit] intervenit et SG670*
[242] *am Rande studeat VD38*
[243] *enim SG670*
[244] *am Rande doctrina VD38*
[245] *apostolica SG670*
[246] *apostolica fultus korr. aus apostolica P9629*
[247] *iusta VD38*
[248] *suos P9629*
[249] *et] et in VD38*
[250] *sanctae V630*
[251] *am Rande pariter VD38*
[252] *commune] commune alter P9629*
[253] *am Rande incessanter VD38*
[254] *indesinenter korr. aus desinenter P9629*
[255] *am Rande infatigabiles VD38*
[256] *indefessa O93; indefessas korr. aus indefessa V630*
[257] *prout korr aus ut VD38*
[258] *potestatis P9629*
[259] *am Rande auxilium VD38*
[260] *am Rande tribuere VD38*
[261] *ferentem korr. aus ferente P9629*
[262] *IUN. P9629*
[263] *africo V630; P9629*